

DE SCRIPTORIBVS ECCLESIASTICIS Fol. 56

In libros Regū de Dauid:	li.	xv	
De sancta Trinitate in uet ^o testa.	li.	xlj	
In Apocalypsin Iohannis:	li.	xij	Vt tu quoq; uenerabil' co.
De officijs diuinis:	li.	xij	Ea quæ p̄ circulū anni ordi.
Meditatiōes de incēdio Tuiciē.	li.	ij	Ecce quō crimiator Sathā.
In. xij. pphetas minores:	li.	xxx	
In euangelium Matthæi:	li.	vij	
In euangelium Iohannis:	li.	xij	
Super regulā s. Benedicti:	li.	j	
Apologeticū eiusdem operis:	li.	j	
Epistolæ ad diuersos:	li.	j	

Deniq; ferē & alia plura scripsisse: & nouū ac uetus testamentū p̄ maiori parte in multis libris explanasse: de quib^o usq; in præsens nihil uidim^o præter ea quæ signa uimus. **C**laruit multa sanctitate: doctrina & miraculis coruscans: sub Heinrico quinto: Anno dñi. Mill. C. XXIII. Et sub Lotbario tertio moritur.

Rupertus abbas cœnobij Lypurgensis in diocesi Spirensi: ordinis sancti Benedicti: natione teutonicus: uir tā in diuinis scripturis q̄ in sæcularib^o libris magnifice doct^o: uita & conuersatione insignis: adeo ut reuelationib^o crebris meruerit uisitari diuinis. Hic multis annis in gymnasio Parisiēsi phiæ sæculari operam dedit: & phus nobilis euasit. Sed considerans præsentis uitæ inanē esse phiām: studiū uanitatis deseruit: & ad patriā reuertēs in dicto cœnobio monach^o: & demū abbas factus est. Scripsit autē nō cōtemnendæ lectionis opuscula: de quibus ego tantum reperi subiecta:

In Canticacanticorum:	li.	iiij	Quicūq; suis ipsius rerūq;
De contemptu mundi:	li.	ij	Mūdus indebito noie uo.
De sancto Iohanne baptista:	li.	j	Refert historic ^o euāgelicæ:
Reuelationū suarū:	li.	j	Año dñicæ incarnationis. j. 24.

Scripsit quosdā sermones de sanctis quorū corpora uel patrocina in eodē Lypurgensi monasterio habebant. Claruit sub Heinrico imperatore quinto non sine opinione sanctitatis: Anno dñi. Mill. C. XXIII.

Rudolfus abbas sancti Trudonis in diocesi Leodiēsi: ordinis diuini patris Benedicti: natione teutonicus: uir in diuinis scripturis iugī exercitatione peritus: & in sæcularibus litteris non infime doctus: carmine ualens & profat^o: & musicus excellens: nec minus opere q̄ scientia clarus. Scripsit utroq; stilo non spernenda opuscula: De quibus ferunt:

Contra symoniacos:	li.	vij
Chronica quoq;	li.	j
Carmina multa.		

Cantus etiā in laude sanctorū plures dulci & regulari melodia composuit. Claruit sub Heinrico quinto: Anno dñi. Mill. C. XXV.

Francus secundus abbas cœnobij Hasligemensis: ordinis sancti Benedicti: uir in diuinis scripturis eruditus: & sæculari doctrina sufficiēter instructus: ingenio ualens & clarus eloquio: Scripsit tam metro q̄ prosa quæsdā cōmēdanda opuscula: quibus nomen suū cū gloria transmisit ad posteros. Cū adhuc in cœnobio prædicto simplex esset monach^o: iubente Fulgentio abbate suo incepit opus insigne: quod postmodū abbas factus p̄fecit: scientia & eloquentia ornatū:

De gratia dei:	li.	j
De statu futuræ gloriæ metricæ:	li.	j
Epistolæ ad diuersos:	li.	j
Sermones de beata uirgine:	li.	j

Et quædam alia.